

6. Nestorius, referente historiā Ecclesiasticā.  
Mariam Θεοτόκον, hoc est, Filium Dei ex mu-  
liere natum esse concedere noluit, hac insuper  
adiecta blasphemia: Noli gloriari Iudæe,  
non Deum, sed hominem crucifixisti. So-  
crat. l. 7. histor. Eccles. cap. 32. Evagr. l. 1. c. 2.  
& seqq. Niceph. l. 14. c. 32.

7. Eodem spiritu edocēgens Sacramenta-  
rio-lesuitica scribere non exhorrescit: Cūm  
dico, iste homo est Deus, subiectum iste  
homo, non supponit pro natura humana,  
sed pro persona τῆς λόγου: Item: Deus pas-  
sus ac mortuus est realiter, quatenus ho-  
mo est: Sed nominetenus, quatenus De-  
us est: Christus est omnipotens realiter.  
quatenus Deus est: Sed nominetenus,  
quatenus homo. Consens. Calv. p. 18. &  
122. Neostad. admon. p. 70. & 250.

8. Hoc nimirūm est illud, quod B. Lutherus  
futurum prædixit, ut Sacramentarij rationis ma-  
gisterium secuti, paulatim sint negaturi, Chri-  
stum esse Deum; & figuratam dicturi locutio-  
nem, cum Christus Deus & homo esse dicitur.

9. Vnde graviter pias mentes Idem in minore  
sua Confessione hortatur, etiamsi glorientur Tom. 3.  
Sacramentarij, se credere articulum de Ien. G. p.  
persona Christi, ac multa de eo blaterent,  
fidem tamen illis ne habeant: mentiuntur  
enim, inquit Lutherus, quicquid hac in par-  
te gar-